



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Antonii Milliei, Lvgdvnensis, E Societate Iesv, Moyses
Viator**

Millieu, Antoine

Lugduni, 1636

VI. Prouidentia Nutrix edulgans aquas, & Manna promens diuisis
Ægyptiorum spoliis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69066)



LIBER SEXTVS,

S E V

PROVIDENTIA
NVTRIX. MANNA.

Vix exorta dies terris discusserat umbram,
Emersa pelago turma Suraa tenebant
Littora; postremum cogentes leniter agmen

Terga lauant fluctus; ac sensim ponè relapsis
Sternitur aquor aquis, & hiantia tramite stagna:

Obsequio perfuncta operit se gurgite tellus:

Vltima laxatis Nubes se sustulit undis,

Indixitque breuem lento per littora flexu

Non longa statione moram, dum corpora fessæ

Procurant acies, & iter memorabile laudant,

Victorique Deo memores Epinicia solvunt.

Ut terram tenuère Tribus, longoque steterunt

Littoris anfractu; pontum tollente procella,

Ecce, ruunt prada grauidi denso agmine fluctus,

Eructante vadis pelago, quos hauserat hostes,

Armæque spissa virum, solidoque ex ære quadrigas,

Implicitosque duces vinclis, phalerisque ingales,

Anulsisque rotis laceros, vt aplustria, currus;

Multiplicemque vomunt elisi ad littora gazam;

Nec mora, nec requies, undis trudentibus undas,

Parturiente velut pelago, effunduntur arenis,

M 5 Armata,

1
Israëlitæ
emerfi
incolu-
mes.

Nubes
agmen
claudens.

2
Spolia
Ægyptio-
rum in
littus e-
iecta.

186 MOYSES VIATOR.

Præda, &
manubiæ
ingentes.

*Armata, strategæ, iacent ad signa cohortes,
Horribiles visu vultus, iræq; minaces
Omnibus, & rabies oculis in morte relicta.*

Hebræi
auidi.

*Accurrunt auidè, & ritu Nasamonis auari,
Qui Syrtes circum, laceris ad saxa carinis,
Fortuna fruitur pelagi, sine more ruentes
In prædam, pietas Mosis sic temperat ore.*

3
Moyfes
cupidos
regit.

*Haud equidem, Cives, missis ex aethere donis
Arcuerim quenquam; tamen illuc vertere mentes,
Atque oculos, vnde hæc descendant dona, monebo;
Nec prædas tetigisse prius, quam munere dignas
Accipiat Numen grates: NEC VILIVS vsquam
Immensis pretium donis, nec gratius vllum,
Quam fontem meminisse boni, verbisque fateri
Munificam sine fraude manum. NIHIL elicit æquè*

Gratiæ
Deo prius
agendæ.

*Largifluos Charitum fontes, ac prodita ritè
Gratia: laudati longè prolixius undant.
Nunc igitur memores animos ad carmina mecum,
Adiucite: alternis subsultent castra choreis:
Littora diuinas referant ad sidera laudes.*

4
Pæana
ipse præcit.
Exod. 15.

*Sic fatus iubet in partes discedere turmas,
Aduersisq; choris medius, gestumque, modosque
Diuidit, & Virga modulans præit enthea verba.*

*Cantemus Domino, pueri, præconia laudum,
Quæ tam magnificis deposcit gloria factis;
Gloria, quæ totam Domino se mancipat vni.
Ecquis enim ire Deo consors temerarius ausit?
Aut opere in tanto tenuem sibi postcere famam?*

Victor
Deus so-
lus.

*Ille sua solus peragit qui prælia dextra,
Ille trophæa ferat solus cum nomine victor,
Bellipotens victor Dominus; qui Martia flatu
Agmina mersit aquis, & equos & fræna regentes,
Armæque sæua ducum voluit correpta sub undis.*

Ille

Ille mea vires ; mea summa potentia , solus ;
 Ille decus, columenque meum, inuentorque salutis ;
 Ille Patrum Deus , Abramida gens sancta , tuorum ;
 Ille tuis laudatus auis , aeterna nepotum
 Gloria, perpetuas meritis per stemmata laudes.

Quod tibi siderea nomen finxere cateruae ?

Domini
 exerci-
 tuum.

Quos titulos tibi saecula , Pater , mortalia ponent ?

Tu gemini Sator Orbis habes terraque poloque

Immensi decoris testes : sed mille premuntur

Nomina sub meritis, & qui volat altius Ordo

Trifagios

Plumipedum folio propior, ter Numen adorat ,

Ter Sanctum ingeminat Nomen; teque Armipotentem

Bellator.

Indigetat ; nam fulmineis exercitus armis ,

Castrorumque chori ingentes formidine cingunt

Augustale tuum. Cunctis tu robur, & arma

Suppeditas, animosque facis : tu solus in illis

Bellator, victorque clues. Ter maxime , salve ,

Bellipotens, o Isacius modo cognite turmis.

Hic Pharaon, & Pharaona sequens Aegyptia
 pubes ;

Victor
 Pharao-
 nis.

Hic manibus iacet ille tuis : tu fulmina torques :

Tu celeres ventorum animas ad classica cogis :

Tu currus, tumidoque equites cum Principe sternis :

Tu super elisos struis alto e marmore molem.

Tu victor legis exuias, pelagoque refundis

Trophæo
 primitiae
 spoliatorum
 deuotæ.

Intactas, spolia ampla tuis, tua dona, tuaeq;

Pignora victricis dextra : tibi, Sancte, feremus

Primitias, aurumque Phari, vestemque Canopi ,

Baccatosque equitum torques, & gemmea Memphis

Pocula Sinais grati sacrabimus aris.

Quò, Pharaon, immeritos sequeris ? ferrone minaris

Pharao-
 nis teme-
 ritas.

Exitium ; quos ille suis Deus extulit alis ,

Protectosque umbone tenet ? non se tibi scissis

Oceanus

188 MOYSES VIATOR.

*Oceanus sustentat aquis : hærebis in algâ ,
 Cœnosique, ut auis , visco capiêre profundi ;
 Ludibrium plumas pelago , vitâmq; relinques.
 Sic amat ille ducum tumidos dirumpere fastus :*

Hæsit in cœno profundi.

Habac. 1. 10. *Sic sua ridiculos cogit sub sceptrâ Tyrannos.*

Dei sapientia & potestas immensa, inuicta. *Quis, Superùm Deus, equiparet te robore dextra ?
 Quis te consiliis , factisve ingentibus æquet ?
 Augustosque tuis apices par vertice tollat ?
 Cuncti humiles , & vile caput, plebeiâque turba
 Ante tuos proiecta pedes. Tu pulvere ab imo
 Dignatus legis Isacidâs, & ad oscula tollis.
 Tu blandè gremio insinuas, vectâsque per altum
 Ethera : turbantur gentes, tantoque fauore
 Culta Philisthæis horrescunt arua colonis.
 Turribus aëriis trepidant Chananeidos vrbes ;
 Ab radice tremens ima vibratur Idume ,
 Inclinatque tuo carpendas pollice palmas.
 Te gestante sinu teneros, Bellator, alumnos ,
 Stent dextrâ, leuâq; metu, ceu marmora , gentes
 Saxificus liget arctâ solo vestigia terror ,
 Sancta Sionei donec fastigia templi
 Stent educta polo ; & iunctas munieris arces ,
 Hæredemque tuæ pacis fundaueris urbem ,
 Hic aterna habitent tua circum altaria ciues :
 Hinc leges, & sceptrâ dabis sanctissima mundo.
 Hæc postquam saltata viris , modulataque Vate
 Chironomo ; paribus stimulis agit impetus idem
 Hebræas cantare nurus, diâmq; Pronœam
 Tinnula concussis ad tympana psallere sistris.
 Profiluuit sancto Mosis soror excita Phæbo ,
 Prætecta lambente pedes, cinctûque modesto
 Castigante sinus : volat alto à vertice sindon
 Carbasina , & Zephyros zonâ retinente coercet ,
 Subtilisq;*

Amor in Israëlitas.

Timent, stupentq; gentes.

Immobilis fiunt, ut lapides.

5 *Maria* *fœminis* *carmen* *præit.*

Rius ornatus.

Subtilésque tument tela pellentibus auris.
 Cærule iam niveos compescit tania crines;
 Saltibus extrema volitant per tempora vitta.
 Assultant digitisque pedes, pulsūque moventur
 Ora, pedes, digiti que pari: non mollia cessant
 Brachia, non humeri, aut cervix: à corpore toto
 Vox sonat, & cunctis loquitur symphonia membris.

Imbelles agit illa choros: imitata Mariam,
 Exiliunt paribus studiis examina matrum,
 Virgineique greges: hæc sinistra sonantia pulsant,
 Hæc citharas, & pleetra movent: hæc nablia carpunt:
 Magna Celenea pars inflat arundine buccas;
 Nec vultus torsisse pudor: casta omnia casti
 Obsequij decorat pietas. Iocabethia Vates
 Inchoat, & gestu cantum comitante figurat.

Nos quoque Victorem Dominum Pæane canamus,
 Saraidæ, non voce viris, non arte minores:
 Esse licet pietate pares: NEC ENIM inuida virtus,
 Totaque stans animo nescit discrimina sexus.

Ille etiam nobis victor Deus; hinc quoque partem
 Fœmina habet, victorque petit Pharaone triumphum:
 Fœmina calcando quondam quæ nobilis Hydro,
 Calce premet caput Orcini Regina Colubri.

Fœminei dux illa chori; decus illa virorum,
 Viuentiumque parens, pelagique optabile sidus.
 Nomen ego tibi, Diva, meum; sed Numine plenum
 Deoueo: te mille chori, te mille sequentur
 Virginei, Matrumque greges: tu prima furentem,
 Solaque plena Deo Mater, Virgoque Draconem
 Elides sub aquis utriusque inclusa profundo,
 Liberaque, & nostri vindex, & nescia lapsus.

Sed, quò, Diva, trahis? quàm fausta in secula
 transfers

Mentem

Fœmina-
 rum cho-
 ragium.

6
 Carminis
 argumen-
 tum, MA-
 RIA Vir-
 go.
 Mulier
 victrix
 serpentis.

Stella
 maris.

Caput
 serpentis
 conteret.

190 MOYSES VIATOR.

Prouidentia inuocatur. *Mentem animi? tuus hic labor est; tua, Diua Pronœa, Consiliûmque, manûsque potens, queis vertis in ipsos Authores scelerum pœnas, fraudemque struentes Fraude capis. Sic ille olim capietur in hamo*

Iob 40. 19. *Leuiathan mundi tumidis regnator in undis, Ut tibi nunc esca Pharao, velut illice, captus Ansam hausit, fixoque lacer discerpitur unco: Nos tua progenies prædonum euasimus ungues.*

E baptismo Israelitæ candidati lacte egēt. *Perge, Pronœa, novos gremio complectere partus, Maternos exerta sinus, utraque mamillam Exsinua. O Diuûm Genitrix, Diuûmque Satoris Prouida mens! ô spirituum, molisque creatrix Corporea, que tanquam utero, sic mente profunda Eterno de Patre satus recipisque, fouesque, Temporibusque tuis profers in luminis auras Maturos; genitrix eadem, & blandissima nutrix.*

Prouidentia matris uera. *Semper foeta tuis, quos semper ad uera gestas; Semper alens, semper gignens, & semper adultos Uberibusque, uteroque fouens; quibus ordine certo Dispensas finesque boni, seriemque, modosque, Atque vias, quibus æternis datur exitus orsis, Decretisque tuâ potiuntur sortibus urnâ.*

Completur sinu omnia. *Nunc age, Diua, sacros, quos tollis ab aquore foetus,*

Nutrix blandissima. *Perfrictosque sale, & uiuo de fonte nitentes, Sed teneros, inopesque, sinu complexa beato Suscipe; ne miserè vastis urantur arenis, Tabescantue fame, aut laceris in vestibus errent.*

Curta Ægypti farina. *Nam breuis est annonæ Phari, paucosque farina Ægypti visura dies; nec lana Canopi,*

Penus prouidentia æterna. *Nec Pelusiaci durabunt stamina lini. Lactis inexhaustos tua fundunt uera fontes: VSVRAM tua sola penus non sentit alendo,*

Nec

Nec metuit ; seu corporibus, seu pabula præbes
Mentibus, & campis flores, & lilia vestis,
Et querulos audis nidi in lanugine coruos.

Iob 39.3.
Pl. 146.9.

Facidum nunc tota tuo domus indita collo,
Materno curas omnes in pectore ponit,
Tam confisa tibi, quam rerum oblita suarum.

Talia fatidico promebat pectore Phæbas.

7
Spolia
leguntur.

Sic ubi cantatos admisit Numen honores,
Et Superis acta grates, hostilibus instant
Exuviis, prædâque petunt, spoliântque, trahântque
Corpora trunca vadis, & nuda in littore sternunt,
Scrutanturque sinus omnes, zonâsque tumentes,
Et fartos auro folles, & cingula gemmis

Quam
varia.

Aspera : traiectas lacerant pendentibus aures
Annullis, digitis gemmas exire negantes

Decutiunt ferro, truncatâque brachia nudant

Armillis : tanti illa suis gestamina constant !

Multi se-
ctores di-
uitum in
morte.

Sectores tot diues habet : post funera pauper

Integer est ; nec auara tamen permissa libido

Diripere, aut præceps partiri audacia prædam.

Iustitia sors illa fuit : iubet omnia Moses

Distribu-
tio spo-
liorû iu-
stissima.

Conferri in medium, ceu cæli munus, in omnes,

Et commune bonum : partes metitur egestas,

Non fauor, aut vires : nihil hinc sibi bellica virtus

Arrogat eximij : absoluit sine milite bellum

Pugnator, victorque Deus. Pharaonis opima,

Regalémque Deo Moses in munera gazam,

Primitiâsque sacrat : populo tum cætera largus

Diuidit, ut poscunt usus cuiusque, vel ordo.

Opima
Pharao-
nis taber-
naculo
dicata.

Plus eguit, qui plura tulit : sed in agmine tanto

Indonatus abit nemo : sic arma inuentus

Omnis habet ; vestem vulgus : flammantibus ostro

Gemmæ
fæminis.

Effulsère duces sagulis ; crinalia poscunt

Ornamenta

192 MOYSES VIATOR.

Ornamenta nurus, gemmisque micantibus ardent.

Fiducia,
fors Mo-
fis.

Eximiam in sortem spes & fiducia Mosi,
Presidiumque Dei cessit; nihil ille, nec optat,
Nec recipit: satis atque super stat Numine diues.

§

Nubes
mouet
castra.

Castra mouet nubes festo plaudentia cantu
Interea: at fluctus aestu spoliata resorbent
Corpora, partim etiam coruis lanianda relinquunt.

Fama cla-
dis Agy-
ptios ex-
ciuit.

Sena Canopeas volitans iam fama per vrbes
Funerea exterret campos, atque oppida palla,
Et laceros spargit crines, diroque ululatu
Præfica feræles atro quatit igne cupressos,
Corpora natorum nondum composita iacebant;
Funeribus deerant urnæ, Panthæaque dona,
Cum rumor periisse patres, periisse maritos,
Et Proceres, regni robur, florémque peremptos
Attulit, Agyptumque omnem cum Principe
mersam

Vestigia,
& orbitæ
curruum
durant.

Oceano; neque fluctisonis vestigia campis
Ulla manere super; refluviove in littora ponto
Ulla redire virum reiecta cadauera fluctu,
Non vestes, non arma retrò, aut fragmenta referri:
Extantes sub aquis tamen, & durare rotarum,
Quadrupedumque notas, impressaque signa quadrigis
Perspicuis herere vadis: sed nulla retrorsum
Orbita, qua pelago quenquam remeasse patefcat:
Ingentes patuisse sinus, ingentia Nerei
Ostia, progressum Regem, & penetrasse profunda
Intestina maris, nimis heu fidenter! & hausta
Omnia castra fretis Austro volente reductis;
Isacidæ tenuisse viam, cursumque per amplas,
Discedente mari, munito tramite valles.
Obruit attonitas tam tristis nuntius vrbes;
Exitio minor est, nec adhuc equauit eundo

Luctus
Aegypti
& coplo-
ratio.

Fama

Fama malum : tot querit adhuc post secula dignam
 Tanta clade fidem. Vt paulum siluere stupentes,
 Tollitur in caelum miserabilis undique plangor,
 Confusoque ruunt Erythraea ad littora luctu
 Foeminei sine honore greges, nimirumque superstes
 Turba senum, & charis toties pullata sepulcris.
 Vt venere, vident aditus in clausa ferentes
 Aequora, sulcatosque rotis in puluere tractus,
 Atque equitum sub perspicuo vestigia ponto,
 Tum vacuos ubi fixa locos in littore castra:
 Qua monumenta etiam tanto post tempore durant,
 Vt perhibent, neque dum resinis tegit aestus arenis.

Tum vero quas in lacrymas, quantoque tumultu
 Reliquias Phariae gentis tot funera soluant,
 Quis memoret? quos dira adeo spectacula questus
 Eliciant? sonat horrendis ululatus Acta;
 Vicinaeque gemunt rupes, & Magdalu altis
 Responsum tremefacta iugis, & surda volutant
 Littora circuitu; sed vana Echone, querelas.
 Ingentes struxere pyras, & inania busta;
 Conclamantque suos immenso ab gurgite Manes,
 Cursantesque legunt animas per littus apertis
 Faucibus, atque undas si quis super halitus erret.
 Tum lacrymis mistos flatus, cum messe Sabaea,
 Conuulsisque comis, & sparsas sanguine vestes
 Ignibus iniiciunt: aduerso in littore frigent
 Corpora nuda ducum, supplex Pharaeo ipse Charonti
 Inter plebeias inglorius occubat umbras:
 Forsitan immanis trunco dat phoca sepulcrum.

Facias lux interea iam tertia turmas
 Surao exercet tractu sitientis arena,
 Scrutantes laticum venas, tandemque repertis
 Castra locant lati quinta statione fluentis.

Concur-
 runt ad
 mare.

9
 Parentant
 suis in
 littore
 cenota-
 phiis.

Concla-
 matio.

Non au-
 diunt vo-
 cati Ma-
 nes.

10
 Desertum
 Sur.
 Quinta
 statio in
 Mara.
 Exod. 15.

N Mara

194 MOYSES VIATOR.

Mara loco nomen fontis derivat amaror.

Tentatur
populus.

*Hic iterum insidias Stygio tendente cerasa
Spes populi tentata labat : nam fontibus illis
Hydra cubans tetra sparsit contagia tabe ;*

Draconis
invidia.

*Corruptis hinc virus aquis Nairicis ab irâ,
Et furor exortus populis lambentibus undam.
Impatiens sitis ad riuos admouerat ora :*

Querela
populi tu-
multuan-
tis in siti.

*Vt salsos hausere lacus, & virus amarum,
Exclamant : Inopésne adeò, miserique vagamur
Per loca vasta tuis auulsi, Nile, popinis,
Vt nec aqua dulces, tenuis nec vena supersit ?
Puluerulenta coquunt plantas sola : flammens vrit
Ora vapor : torquet siccas sitis ignea fauces :
Interdictus aqua populus nunc denique sentit
Exilia: ô lactis riuus undantia culta
Scilicet ! ô largo perfusos nectare campos,
Vel lymphas ubi terra negat ! sequere auia regna
Per sale damnatos tractus excussa paternis
Sedibus ; amisso nimis heu plebs credula Nilo !
Hoc se se impatiens stimulabat murmure vulgus,
Sed Stygia inuidiâ potius flammatur Echidna,
Quàm salsis ardescit aquis ; compefcuit iras
Cura ducum, abstergitque per hec solatia questus.*

II

Duces se-
dant tu-
multum.

*O hebetes populi sensus ! quorsum vsque pudendo
Corda pauore tremant ? neque dum confirmat euntes
Oceano in medio siccis fiducia plantis ?
Non poterit dulces euripo huc ducere riuos
Illa manns, cuius digitis librata tenentur*

Speranda
aqua à
Deo, à
quo cae-
tera.

*Tot maria, & celsis decurrunt montibus amnes ?
Illam nil prohibere potest nisi perfidus angor,
Spésque timore labans, queruleq; iniuria lingue.
Sperate, & maiora animis presumite magnis.*

VILE liquor laticum: quid enim communius vnda ?

Nec

Nec dat aquam pretio, gratis qui diuidit astra.
 His Aron Tribuūmque duces pauitantia vulgi
 Pectora mulcebant dictis, dum sidera pulsat
 Insistens precibus Moses. Mirabile lignum,
 Oranti Deus ostendit; syluisne reuulsum,
 Empyreis? ubi vitales pomaria riuos
 Aeterna radice bibunt, sempérque comantes
 Frondibus inuitant poma incuruantia ramos?
 An sit Edeneo potiùs traductus ab horto
 Arbore felici ramus, vitæq; feraci
 Materia, & vita ipsius libata medulla?
 Incertum. Quid si decerptus Adelphide palmâ
 Surculus indigena est; vstisque innatus arenis?
 Arbor amaritiem fibris, & caudice seruat
 Mortiferam, nec virosas quæ corrigat vndas
 Sponte sua, & tetros latices salsugine purget;
 NEC DEVS oppositis eget in medicamina causis,
 Amula nec querit curandis pharmaca morbis:
 Sed medicâ iuuat ipse manu, quibus vitæ, herbas.
 Vipereo dare dente potest, & vulnere vitam.
 Forsan & ille fuit caudex de stipite mali,
 Cuius pestiferâ mulier corrupta sub umbrâ
 Humano pomum generi fatale momordit.
 Sic de mortifero vitam decerpere trunco
 Consilium cœleste fuit: decernere ligno,
 Primigenâmq; suo serpentem sternere telo.
 LIGNEA quo certè bello Deus induet arma.
 Quidquid erat, vidit Vates; cui noscere plura,
 Quàm vulgare licet: rapit alto è puluere lignum,
 Effossum monstrante Deo, & venerabile portat
 Per cuneos, & castra humeris, populūmq; sequentem
 Ad fontes, ubi virus aquis ebullit amaris,
 Corruptâque fluunt similes ab origine riuu.

N 2

Atque

12

Lignum
 mirificū
 Deus Mo-
 si osten-
 dit.

Apoc. 22.
 2.

Vnde al-
 latum li-
 gnum il-
 lud?

Adelphi-
 des pal-
 mæ ama-
 rissimæ.

Dei om-
 nipoten-
 tia ine-
 ptis vti-
 tur.

An lignū
 fuit arbo-
 ris vitæ,
 qua cor-
 rupta He-
 ua?
 Pugnat &
 vincit li-
 gno Deus.

Moyfes
 lignâ pa-
 lam por-
 cat.

196 MOYSES VIATOR.

13
Moyſes
fiduciam
facit po-
pulo no-
uo mira-
culo.

Atque ait: *Isacida, qua diffidentia tristes
Conturbat? tandemne Dei considerare patris
Possumus? aut Patri summo permittere curas?
Cuius prouida mens, partesque intenta per omnes
Præcipue inuigilat vobis, & commodat ultro
Seque, suamque domum, magni membra omnia
mundi.*

Miracula
maris scilicet.

*Desperatis aquas trepidi, dulcemque liquorem?
Nec meministis opem patrio deprecere celo?
Vnde fluunt imbres, & habet cunabula vastus
Oceanus, qui vestra Dei vestigia inſſu
Denegerans, subduxit aquas, vacuumque per al-
neum.*

Ligno in-
iecto a-
qua facta
salubres.

*Transmissas acies spoliis hostilibus auxit.
O meritos ardere siti, sanæque perire
Dipsade! sed tamen hæc rursus spectate paterni
Pectoris indicia, & curæ cœlestis amorem.
Hoc ligno Deus hos fontes inamabilis undæ
Mitigat, ac venas deinceps iubet esse salubres.*

Ligneæ a-
qua opti-
mæ.

*Dixit, & iniecto purgavit stipite lymphas,
Momentoque salern riuus, mordaxque bitumen
Emulxit, gratumque velut per odora saporem.
Cola dedit, fontisque caput dulcedine sparsit.
Ut pueros sensere lacus, & dulcia labris
Pocula; procumbunt auidi, & cœn Massica ducant
Durateis explentur aquis; laticemque Lyæum
Posse negant meliore nota certare fluentis,
Sed madidos lymphis ligni latet incluta virtus.*

14
Allegoria
ligni fa-
luciferi.

*O quam te memorem, quibus à radicibus arbor?
Aut quibus excisam syluis? qua nectare tanto
Austeros medicas latices, aconitæque venis
Discutis, & tristes obtundis stirpe cicutas?
Vniſicæ Crucis inſtar habes, & robur adumbras,
Dulcésque*

Dulcésque illecebras pendentis ab arbore pomi,
 Quæ vitæ arumnas omnes, casusque sinistros
 Edulcat. NAM dulce pati duce & auspice Christo.

Crucis
 Christi
 dulcedo.

Inde Cruci decus, & sudorum gloria merces.
 Haud igitur ligno illa fuit natina potestas;
 Omnipotens manus utentis tulit ipsa medelam.

Sic & Saphatides vitiosas diluit undas;
 Cum, Ierichuntino Vatem implorante colono,
 Plena sale in steriles demissa est urna salinas;

Elisæus
 sanat a-
 quas sale.

Fertilitasque solo purgatis reddita lymphis,
 Sic Vatum miscente fame colocynthidas offa
 Lethiferas pultes tanquam medicante farina;

Lethalem
 offam fa-
 rina.

Polline Sardoas modico compefcuit herbas.

SI IUBENT Deus, ipsa dabunt aconita salutem.

Dulcia succedunt acidis: Elimeæ sub umbras

Hebraeos palmeta vocant, & dactylis una,

Syncerique tenent bis senis fontibus amnes

Marginibus riguis, & molli gramine ripa.

Pro numero Tribuum fontes; ductoribus ipsis

Respondent decies septem pulchro omine palma

Victrices, gladiosque graues carotide curuant.

Hæc statio iam sexta fuit: dein septima sedem

Procurrente sinu pelagi, super æquora fixit;

Sine sinus fuit ille maris, siue herbida ripas;

Carectoque palus, & densis horrida iuncis.

Sineis octaua quies mox institit oris,

Squalentes ubi Sina procul de vertice adusto

Aspicit, & nullo fecundat fluminis tractus;

Non saluunt imis fontes radicibus ulli,

Nulla virent arbusta solo, nec gramina glebis.

Alterâ ab egressu complerat cornua Phœbe

Post decimam iam quinta dies, & mense secundo;

In vastam intulerat populi conopea Sinem,

N 3 Constiteratque

15
 Sexta ma-
 sio in E-
 lim.

Palma
 septua-
 ginta, fo-
 tes duo-
 decim.
 Septima
 mansio.
 Num. 33
 10.

16
 Octava
 statio in
 deserto
 Sineo.
 Desertum
 Sin
 Mensis
 secundus

198 MOYSES VIATOR.

Constiterátque loco factura umbracula Nubes.

Vt vidère situ circum squalentia saxa ,

Occasio
feditio-
nis, soli-
tudinis
vastitas
& penu-
ria.

Arentisque soli fluctus iactantibus Euris ,
Pulveris immensi nimbos , cophinosque vacantes
Funditus, & cunctis exhausta cibaria sportis :
Ceum iam dira fames arentibus ossea membris
Exesos per castra ferat rubigine dentes ,

Fames.

Luridaque afflatu rabies se in viscera condat ,
Horridoque exciti monstro, pallore, metuque ,
Tristitiaque animos passim turbante querelis ,
Confuso clamore duces, coelumque lacesunt.

Querelæ
populi
murmurantis,

Heu ! pronos nimis Isacidas dare fraudibus aures !
En quo ceca ducum faciles audacia raptat ?
Triste solum ; sitiens squalor ; reflua æstus arena ;

Arida saxa ; frutex nullus ; sine gramine terra :

Qua regio ? nisi si ipsa famis squalentia regna ?

Producti genus heu populo miserabile lethi !

Cur non Ægyptum potius vertente ruina

Nos quoque concidimus ? cita mors intèrque lebetas

Ollas car-
nium re-
quirunt.

Feruentes , largis saturos exsolueret offis.

Tum decuit farre expletos, pinguique polenta

Abrupisse diem ; nece ne victoria lentâ

Nunc foret ista famis , fraudatâque corpora glebâ.

17

Rem populi intèr à tractat cum Numine Moses ,

Argutâque Dei dudum prece viscera captat.

Alma Pronœa, novas opus hîc extundere curas ,

Laxatisque tuas natura legibus artes

M ammoso properare sinu , Cereremque benigno

Ætheream proferre penu : iam terra nouerca

Abrahamidis alimenta negat : iamque azyma liba

Defecere focus : arent sine fontibus vtres ,

Extremamque famem miseris hac auia monstrant.

Sed querulis ignosce : ciet penuria questus.

Tu nutrix; tua cum lacrymis gnati vbera poscunt,
 Qua volucrum generi, & pecudum plenissima præbes.
 Hinc sua cognoscunt omnes exordia vite,
 Huc redeunt duce natura, & vitalibus hærent.

Excusat
 querelas
 necessitas
 extremas

Progeniem sed enim materno in pectore partem
 Præcipuam sperare iubes; & poscere fas est.

Nos tua progenies, teneraque propagine fœtus,
 Da, genitrix, mollèmq; sinum, facilèmq; papillam.

Talibus exorat veniam, populòque frementi
 Eblanditur opem, reprimit dum iurgia vulgi,
 Et melius sperare docens his arguit Aron.

Ergone sic animis prima ad tentamina fracti
 Cedimus? & tantam fortunam expendimus esca?
 O tandem nunc verè inopes! nec enim indiga virtus;
 Sed sibi sufficiens, aliis quoque dives abundat.

18
 Aron po-
 puli mur-
 mur se-
 dat.

At, quosnam hæc lamenta petunt, & iurgia? qui nos?
 Qui Moses, Aronque sumus? Deus ipse, Deique
 Provida mens probris istis laceratur; & iras
 Continet ille tamen; vobis certissimus author,
 Duxque via: quis enim Moses, nisi servus? &
 Aron?

Murmur
 est in Deo
 ipsum.

Servus uterque Dei, cui devouere parentes
 Obsequium, & proles, electa in Principe gentis:
 Scilicet, ille sinus in vos, & vestra paternos
 Hactenus obstrinxit? vel eum nunc copia sumptus
 Deficit, ut mundi curas, vestriq; relinquat?

Fiducia
 providen-
 tia.

Aut tanta huc virtute tenus, totque agmina duxit,
 Ut vesana fames miseris præcordia pascat?
 Interea pelago ille feras, sylvisque saginet.

Regificè, & muscas plena ad mulctralia pascat?

19
 Moyses
 etiam ca-
 stigat que-
 rulos.

Talia largifluo fundebat pectore verba,
 Cum super hæc veniens Moses, plenusque secundo
 Numine subiecit. Quanam hæc fiducia, Cines?

200 MOYSES VIATOR.

Aut qua deinde fidem vestram spectacula firment ?

Illa Dei necdum satis explorata voluntas ,

Et vigiles in vos cura ? pudet addere testes ,

Et nostros laudare hostes ; quas naufraga Memphis ,

Beneficia
priora ex-
probrat.

Et Pharaon fassus moriens ; gentesque tremiscunt.

Vos solos , quorum tota est, nil gratia tangit ?

Nec meministis enim, mutatum sanguine flumen

Pestifero pueros tabo colasse liquores ;

Et liquidam vobis lucem effulsisse tenebris ?

State animis, & spe securos carpite somnos ,

Promittit
annonam.

Intereaque Deus sparget toto aethere fruges.

Aetheream Cererem prima cum luce licebit

Colligere, & largas epulas inferre canistris.

Reliquias hodie Pharij consumite farris ;

Et cotur-
nices in
coenam.

Ortygia Deus addet aues opsonia mensis.

Ite, dapes petite aucupio, & mactate volantes :

Hoc fidei pignus vobis & foederis esto.

20

Maiestas
Dei in
Nube.

His illi populum monitis sperare iubebant ,

Cum visenda Dei maiestas fulguris aurei

Accendit nebulam radius ; & luce verenda

Ter sanctum iubar incutiens in castra, refulsit :

Sineo trepida fumarunt vertice rupes ;

Cortuni-
ces inue-
ctae in
castra.

Et deserta procul fulserunt lumine saxa.

Tum simul inuecta vento cogente volucres

Vndique littoreis tolluntur in aera terris ,

Et sonitu glomerante, velut si hiberna Canopi

Messibus Hesperia mutant examina, densam

In nubem stipata cient : praet Ortygometra

Radunt
terram
volatu.

Grandior , & radente solum Regina volatu

Findit iter liquidum , sociasque in retia turmas

Ductat agens ; vtrinque premunt australia flabra ,

Ne latera in diuersa volent ; sed limite recto

Hebraeis, quam lata patent tentoria, castris

Incumbant,

Incumbant, & humum stringant languentibus alis.

Sibilus antè volat stridor, murmurque volantum.

Corripiunt tela Isacida, letique parantur

Aucupio : frustra pharetris, frustra arcibus instant: Aucupium

Plumosus, Vertumne, tuis nihil artibus usus,

facillimum.

Fistula, viscataq; vacent summa arbore virga.

Arte Pronœa noua volucres modò decipit auceps,

Non maculis, cornive capit, non illice cantu,

Aut laqueo, regit imperio nutuque volantes,

Inq; sinum populi, vultusque impingit in ipsos.

Ergo auidi prædam plausu, & clamore sequuntur;

Clamorem
sternuntur.

Attonita clamore magis turbantur, & inter

Plaudentum cecidere manus: pars brachia passis

Hinc atque hinc agitant palmis, & verbere sternunt,

Fascibus hi virgeis, illi ramalibus vrgent:

Flamea pro iaculis capiti direpta puella,

Aut soleas adhibent, pueris dant tela galeri.

Nulla manus, nulle cessant quaterere aëra vestes;

Insistunt, pedibusque terunt: iam nulla coturnix

Præda in-
gens.

Tanta è nube volat, præda latet abdita tellus.

Iam volitant solæ ventis ludibria plume.

Letitia, festoque sonant conuivia cantu,

Omnibus in plures suffecit copia mensas.

Nox ruit, & dulces infert post pocula somnos,

21

Nox opera innoluens solitis diuina tenebris

Nox idonea my-
steriis.

In noua nunc tacitas mysteria commodat umbras,

Arcanisque hebetes oculos rationibus arcet.

Isacidas sopor altus habet, vigilante Pronœa.

Nox operosa dapes illis toto æthere cogit,

Nox plenis eadem manibus tota horrea spargit.

Sit mihi fas, ô alma, tuos accedere fontes,

Nutricisque sinus, salientiâque ubera manna.

Prouida sic celeres nutrix affatur Ephebos.

N 5

Hens,

202 MOYSES VIATOR.

22 *Hæus, pueri, quorum obsequiis suprema potestas*
 Providen- *Natura exercet leges, serièmq; tuetur :*
 tia nutrix *Tantus enim censetur honos seruire Tonanti ,*
 docet An- *Quos adhibet socios operum , regniq; ministros.*
 gelos no- *Vos agitis motu cælos ; vos ducitis annos ,*
 uam pi- *Labentèsq; polo flammæ, & tempora certis*
 storiam, *Signatura vices spatii : nam frigus, & æstas ,*
Autumnique graues , tepido cum vere reguntur
 Angelorū *Lege Dei , vestrisq; operis, rerumq; perennat*
 ministe- *Copia, neu desint campis in tempore fruges ,*
 ria in na- *Neu pecudum intereant , hominumq; vicaria sæcla.*
 turæ cura. *Solicitatis enim magnos, regit'que labores,*
Vt libeat dulces miseris producere vitas.
Nec memorem inuentas artes , monstrat'que fraudum
Ingenia instinctu facili, queis bruta parare
Docta dapes , astuq; suos defendere partus ,
Et varios vitæ contra contendere casus.
Nunc aliam res poscit opem : neque enim mea gnatis
Lacte vnquam materna vacant, frustrat'ue premuntur
 Cura no- *Ubera, nec iustis vnquam sunt sicca querelis.*
 ua Israë- *Ecce meo proiecta sinu tot millia pendent*
 litarum. *Isacidum , nec difficile est mihi vertere cautes*
In Cererem , aut foetas pomis inducere sylvas.
Mainus opus molitur amor , cælestia liba ,
 Ex quibus *Aligerumq; dapes , & adhuc mortalibus escam*
 Manna *Ignotam, quam nulla satis mirabitur etas ,*
 compo- *Nunc meditor, veramq; paro Thaumantida mensis.*
 nendum. *Ergo agite ; & quidquid succi vitalibus astris*
Defluit in terras, si quos habet herba salubres,
Et medicos fibræ, viuaci aut caule vapores ;
Si quis humo expirat, purisve è fontibus exit
Halitus, aut vernis florum de messibus halat ,
Delicias quasunque bonis Sol educat horis ;
Squamigerum

Squamigerum electos, volucrum, pecudumque sapes
 Collectos stipate manu, purumque liquantes
 In rorem, post in teretes concresecere gemmas
 Cogite, cribratamque gelu stringente pruina,
 Ut se grando solet minimis innoxia guttis
 Diuidere, & veris primos aspergere menses:
 Sic grauida de nube solo castra omnia circum
 Sideream large nimbis profundite frugem.
 Hac alat, hac vegetis conseruet corpora membris;
 Augeat hac etiam iustas cum corpore vestes:
 Vincla pedum & soleas seruet, ne deterat usus:
 Sit simul hac annona penus, sit laniciumque,
 Sit panacea piis, medicoque instructa paratu
 Arcula, quam morbi, quam nulla expugnet egestas,
 Inclyta diuini species sit denique Verbi:
 Humanos ut cum se se insinuarit in artus,
 Viuificum vero iactet se nomine Manna,
 Aurea quod seruet caelo victoribus vrna:
 Vester erit labor iste, quoad promissa metantur
 Fertilis Isaciis Chananeidos arua colonis.

Dixit, & undantes dextrâ pressante mamillas
 Exhibuit manna ad specimen dulcedine mira:
 Erumpit grando niueis vberima baccis,
 Mellitque sonant globuli, ceu sesama largis
 Defluxere cadis, purgatave panica squamis,
 Indica vel quales lectis Piscaria conchis
 Littore congestos gemmarum densat acervos;
 Aut etiam Brasila quales ab arundine succos
 Mellificis solers Europa excoxit abenis,
 Induat ut dulces coriandri semina crustas,
 Sine vaporifero tunicas inducat aniso,
 Gratâque claudendis fingat bellaria mensis.
 Mirantur speciem Aligeri, mirumque saporem

Illius quæ
 forma &
 species.

Pruinosa
 grana.

Vis & ef-
 ficacitas.

Vis me-
 dica.

Typus
 Verbi in
 carne.

23
 Māna lac-
 merū di-
 uinæ pro-
 uidentia.

Quibus
 simile
 bellariis.

De

204 MOYSES VIATOR.

Pistores Angeli. De Domina, Matrisque sinu; celerésque per auras
Cadit mane. Mellificum rorem emulgent, & quidquid amica,
 Vitalisque fouet diues Natura medulla,
 Vescaque granate concinnant dona pruina,
 Tum Zephyro purgatur humus, quam rore madentem
 Floridulo fruges toto super aethere ningunt,
 Et circum latè sternunt pomœria campum.

Ante diem surgens roseis Tithonia bigis
 Excitat Hebræos. Dio distenta sub axe
 Cura ducis steterat pernox, ubi conscius almi

24 Munesis, aetherei didicit præsagia farris,
Moses vigil cognoscit mysteria. Egressi thalamis circum castra omnia latè
 Aspectant niveo tellurem albescere limbo:

Populus manè admiratur donum. Ac velut effusa niuibus candere pruina;
 Petrosis Arabum, ac semper sitientibus oris
 Insolitum, & verne cum iam appetat exitus hora,
 Dictaïque terat dudum Sol cornua Tauri
 Exclamant patria Manhu! mirabile lingua,
 Mirantésque. Quid hoc? rogitant, iterumque quid
 hoc sit,

Attoniti querunt: dedit admiratio nomen,
Manna nomen. Et stupor: hinc Manhu, dictum mirabile Manna:
 Nempe, quid hoc esset, docto nescire vetustas
 Nomine confessa est: gustu cognouerat omnes
 Manna referre dapes: & inenarrabile nomen
 Indidit, aethereis quod fas cognoscere mensis,
 Victrices ubi Manna animas pascendo coronat.

Manna in cælo quale. O! mihi fas si tandem epulis accumbere Diuum!
 Quo te, Manna, sequar cantu? queis versibus Enohe,
 Esuriensque, satirque canam? quem nomine solo
 Sic rapis attonitum plena ad conuiuia cæli,
 Omnia ubi tecum demenso congeris vno!
 Interea Moses turbis scitantibus insit.

Hæ

Ha fruges; hæc dona Deus Cerealia vobis
 Promisit, fuditque Pater cœlestibus horreis
 Sementem ætherei vobis fecere ministri,
 Et messem sparsere solo, spargentque sub omnem
 Auroram senis operum de more diebus.
 Septima lux deuota sacris sancta otia poscit,
 Seruabitque docente Deo; nam nulla per agros
 Illa farra die, cœlo cessante iacebunt,
 Nulla cadent: ergo sexta, quod quenque decebit,
 Importate domos: demenso gomore duplum:
 Gomor enim mensura cibi sit cuique diurni
 Sufficiens: neque qui plures collegerit, ille
 Amplius inueniet, vel plus absurnet edendo;
 Nec qui fortè minus, quàm pleno gomore tollet,
 Comperiet satis esse fami: modus omnibus unum.
 Gomor erit; instaq; dapes & regula mensis.
 Prætereà ne reliquias seruate sequentem
 In lucem; sibi quaque dies operosa paratas
 Inueniet fruges; curas Deus arcet inanes,
 Sollicitus satis ipse suis. Si crastina quenquam
 Cura coquens hodie, quod edat cras, parcere coget.
 Inueniet putres cras pro similagine vermes:
 Arrosas tineis dabit illi cura placentas.
 Sic Deus anxifera castigat vermina vite,
 Et malè seruatas plectit putredine fruges;
 VERMIS auarities carie præcordia carpit.
 Sed, cum sexta dies duplam profuderit aëstris
 Matutina penum, campoque annonæ iacebit
 Largior, in geminos cogantur prandia Soles:
 Septima quippe dies hesternò lauta paratu
 Otia aget, tantumque sacris operata quiescet,
 Conditaque hesternæ consumet liba farina:
 Propterea nulla spargentur ab æthere fruges.

25
 Moyse
 populum
 docet.
 Panis est
 Angelo-
 rum.

Sabbato
 non cadit.

Gomor,
 demensum
 diurnum.

Gomor,
 tempera-
 tię medio-
 critas.

Sufficit
 diei sua
 malitia.
 Cura cra-
 stini ca-
 stigata.

Auaritia
 damnata.

Feria sex-
 ta, gomor
 duplex.

Non pu-
 trefcit
 Sabbato.

Has

206 MOYSES VIATOR.

Has operum Deus ipse vices iubet, atque quietis
Surgentem manè expediet praeuertere Solem.
Intentos amat & celeres ut gratia praeceps,
Et seges hac omnis tepido sub Sole liquescet,
Quae subiecta focis eadem durefcet ad ignes.
Quàm nos esse decet deinceps ante omnia gratos?
Quos Deus Aligerùm dignatur pascere cura,
Missilibus dapibus, nulloque labore paratis?
Delicias nobis omnes una aggerat esca.
O OPERVM mirabilium memorabile summum!
Quidquid habet fons ille boni; summa ille bonorum,
Decoquit, & se vno, & sua prodigit omnia missu!
Felices animas, quibus illud mandere manna
Fas erit, immensumque epulis comprehendere Numen!
At nos interea vescamur imagine veri
Nectaris, & memores simulato melle fruamur.
 26 *Dixit, & immissa libauit munera dextra*
 Vescitur *Admirans niueum eximia dulcedine rorem;*
 Moses. *Attritumque manu laudato Numine frangit*
Dentibus, & sacro soluit ieiunia pastu.
Protinus incumbunt omnes, & dente niualem
Attoniti explorant messem; gustumque cupido
Ardescit, cumulantque cadis, conduntque canistris,
Implenturque sinus tunicis; crudamque legendo
Ore terunt, dulci que leuant mercede laborem.
Nec paribus condunt frumentum missile scirpis:
His minor, his placuit demensi copia maior.
 Miraculum *Ut plenis rediere cadis, mirabile visu,*
 in mensura. *Gomor erat, quod quisque tulit! nil plusve, minusve*
 2. Cor. 8. *Quisquam habuit: Deus ipse gula moderamine norma,*
 15. *Natureq; dedit, iusta est mensura cuique,*
 Reliquiis *QVOD satis est: sic nullus eget, nec gomore plenus*
 pascuntur *Plura capit: non parca tamen stant horrea clausis*
 pecora. *Messibus,*

Messibus, & pecori fas est absumere campo
 Reliquias, altisque seges tabescit aceruis,
 More niuis, Sole exorto, fragilibusque pruina.
 Nec modus incoquere, & componere fercula simplex.
 Cruda Ceres puris imitata tragemata granis
 Manditur, & fragiles acuit dulcedine grumos:
 Hi saxove, molave terunt, tritamque farinam
 In pulvem, vel liba coquunt: hi crustula fingunt:
 Illi scriblitas tennes sartagine torrent.
 INGENIOSA fuit semper gula; primaque ventris
 Ars erat, inuentis fastidia fallere succis.
 Vel Dodoneas inuit fallacia glandes!
 Natiuus tamen ille sapor, vulgaris ad omnes
 Pertinuit, quem Palladia dant vbera bacca,
 Et referunt pura mellita siligine liba.
 Sed vilis sapor ille Deo, pecudumque paratus
 Faucibus, & nullo digni discrimine sumptus.
 Ifacidis pietas dubiis conuivia mensis
 Instruit, optatasque dapum dat cuique cupido
 Delicias: MANNA in gustus se temperat omnes.
 Ganea fit, quam quisque cupit: fit Phasidos ales:
 Fit Iunonis auis succo: fit Dedala perdix:
 Fit genus omne dapum vario mutante saporis
 Arbitrio, transitque omnes Vertumnus in escas.
 O dignum monumentum auro sanctisque reponi
 Templi adytis! ut sera sequens intelligat etas,
 Quas epulas, prabente Deo, qua fercula caelo
 Acciperent, per vasta Patres, & inhospita tesqua
 Felices pastore Deo! quos vomere nullo
 Solicitata tulit saturos caeli vbera tellus,
 Secura octonis ducentes otia lustris:
 Tantum praesidij meruit spes abdita caelo.
 Aurea sydereae frugis simul vrna recepit

Primitias,

Aut li-
 quefcunt,
 Sole ex-
 orto.
 Modus
 coquen-
 di varius.

Vulgaris
 sapor qui
 oleati li-
 bi.

Filiis Dei
 dubiam
 facit me-
 sam sapo-
 rum va-
 rietate.

Monimē-
 tū in vrna
 aurea.

Seruanda
 & caeli
 adytis.

208 MOYSES VIATOR.

*Primitias, Arónque Deo libamina prima
Obrulit: afflato Vates sic pectore fatur.*

27
Allegori-
ca signi-
ficatio.

Verbum
vitæ.
Christus,
verū mā-
nā.

In Eu-
charistia.

Omnia
tunc pa-
rata.

Cœnacu-
lum grā-
de fratū.

Gomor
sua cui-
que fa-
mes.

28
Religio
& cultus
Sabbati
traditur.

*O fortunatos nimium nutrice Pronœa
Isacidæ! si sancta dapis mysteria norint,
Qua Deus electam dignatus pascere gentem,
Frumentum indixit cœlo, pistoribus astris,
Æthereamque statas epulas apponere mensis
Instituit pubem, & lauto facilique paratu
Natura conguessit opes: huc vertite mentes,
Spargentemque oculis hæc dona attendite dextram,
Atque illas optate dapes; quas nectaris ipse
Ambrosiaq; potest solus dare viuificus fons;
Ille pruinosâ modò fingit imagine vitam:
Ille olim vitæ condet sub imagine fontem,
Implebitque sacros epulis cœlestibus orbes,
Triticeis mistus laganis, laticique Lyæo.
Nil iam illis epulis deerit; sed ritè PARATA
Omnia erunt; domus ampla, patens & pluribus umbris;
Delectos tamen Heroas conuiuia poscunt
Illa Dei: & cœlo quales epulantur Ephebi.
Has optate dapes; illud deposcite Manna
Immortale poli; cui tantum hæc cedit imago,
Corporibus quantum veris umbratile spectrum.
Instauranda fides epulis, esuque diurno
Assiduè quærenda fames: sua cuique cupido
Gomor erit, vitæq; modus, mensuræque fructus:
Plus comedet magis esuriens; meliusque valebit
Pancratiō pugil, & cœli ceromate victor.*

*Sic populum, sic ille duces, quo mystica ritu
Usurpanda forent castis alimenta docebat,
Septimæque obseruanda dies, quo iure Creator
Orbis eam festâ sacrasset luce quietam,
Immunemque operum perfectis ordine membris,*

Queis

Queis stetit hac mundi moles sex nata diebus.

Septima quippe dies tranquillo illuxerat ortu,

Ferie erant cælo; & frugum penuria campis.

Mirantur sextâ collecta cibaria luce

In geminas durare dies illæsa, neque ullis

Vermibus, aut olidâ carie marcentia tangi.

Quosdam ausos violare diem, campisque negatam

Sacra luce foras progressos querere frugem

Acriter increpitat Vates, pœnâsque minatur.

O animis, inquit, præfracti, accersere mortem,

Atque Dei cumulare iras! num septima tandem

Relligione dies satis est sancita, quiete,

Quam Deus ipse sui exemplo pronuntiat otij?

Nec vos ista monent sacros signantia fastos

Prodigia? & cæli testes, terræq; Vacuna?

Ecce vacant hodie nubes; agit otia cælum;

Aligerum manus omnis, & ars pistoria cessant;

Consueto nec rore solum, nec nubila sudant.

Nunc dociles tanti ritus cognoscite causas,

Expediam. Mundi ille Opifex, rerumque Creator

Æternum sibi sufficiens, se ipsoque beatus,

Indulgente sua tantum bonitate, sibi que

Gratificante vni; quis enim tunc alter ab ipso,

Cum nihil usquam esset, primum stimulasset amorem?

Principio cælum, ac terras existere iussit

Ex nihilo, cæcumque chaos compegit in orbem.

Empyreï summo stetit extima vertice moles:

In medio tellus immensis subiacet undis,

Immensumque operit tenebris nox atra profundum.

Nec speciem tellus, formam nec pontus habebant:

Cunctorum tamen ille Opifex super alta cubabat

Æquora, & informes tractabat Spiritus undas.

Tum Deus accensam Verbo splendescere lucem

○

Edixit,

Sabbato
incommu-
ptum mā-
na.

Sabbati
violato-
res casti-
gat Mo-
ies.

Sabbati
otium to-
tus desi-
gnatum.

29

Mundi
creatio
sex dies
tenuit.

Opus pri-
mæ diei.

Terraina-
nis & va-
cua.

Lux crea-
ta.

210 MOYSES VIATOR.

Edixit, cursuque nouum circumtulit orbem,
 Gyranter immensis spatii noctemque, diemque
 Lucifero comites curru disternat horis,
 Describitque vices successu; vesper & Eos
 In primam coière diem; que luce coruscâ
 Prima rudimenta, & teneri incunabula mundi

Angeli cū
 luce.

Mentibus Aligerum ostendit cum luce creatis,
 Laudauitque Opifex lucem; lux ipse, iubârque
 Aeternum, & nullas metuens à nocte tenebras.

Vna pri-
 ma dies,

Vna fuit prima illa dies, duxitque sequentes,
 Et seriem annorum, & nunquam reparabile tempus.

30
 Diei se-
 cundæ o-
 pus, fir-
 mamen-
 tum.
 In medio
 aquarum.

Cœperat altera lux summos perstringere fluctus,
 Cùm Deus in mediis molem concrefcere lymphis,
 Crystalli immensam molem, vitreamque videri,
 Perspicuamque hyalo mortales fallere sensus:
 Et tamen vt solido duratam adamante fluentes
 Scindere aquas ab aquis, mediâque insistere scissis
 Iussit, & Oceanum duplicem seiungere septo
 Inferiore mari, & supero confinia ponto,
 Quod cœli inscripsit cognomine firmamentum.

31
 Diei ter-
 tiæ opus,
 separata
 ab aquis
 terra.
 Fluij &
 fontes in
 mōibus.

Tertia lux oritur; nutu in diuortia fluctus
 Ire iubet, cœloque suos ostendere campos
 Tellurem; specubusque canis attollere montes,
 Congestosque lacus, & flumina claudere ripis,
 Complectique sinu fluios, & vallibus imis
 In mare præruptum deuoluere fontibus amnes.
 Protinus in partes disiecta Tethyos vnda
 Illatebrant alueis se se, cacosque meatus

Fluij
 sub terris
 meantes.

Sub terras rimata urgent sibi flumina cursus
 Incumbente retro pelago, & trudentibus vndis.

Terra sibi
 germinat
 vestitum,

Arida vix patuit tellus, cùm germina fudit
 Imperio fœcunda Dei, vestitâque vernis
 Graminibus, simul & messes, præcoctâque poma

Extulit,

Extulit, & tenero liuentes palmite botros,
 Aptaque gignendis inclusit semina plantis
 Omnibus, ut sua cuique insit genitilis origo.
 Nondum fixa polo fuerat Titania Lampas,
 Et iam flaua Ceres plenis undabat in aruis.

Quarta oritur cum Sole dies: nam spiritus idem
 Affixit digitis stellas, & sidera caelo:
 Signauitque vias, aduersaque signa locauit;
 In statione, situque: dedit sua munia cunctis
 Partitus; certosque obitus adscripsit, & ortus.
 Praecipue immenso donauit lumine Solem,
 Primigenaeque facem lucis ceu lampade vinxit,
 Aeternumque dedit radiis ardentibus ignem;
 Quem vehat, & terras, mediisque illuminet astra,
 Lucentemque globum Luna, quem semper ab alto
 Dimidium videt, & nocturno lumine complet;
 Ipse suas mandaque vices in noctibus absens.

Quinta luce Deus compleuit piscibus aequor,
 Aeraque alitibus fecundo e germine ponti:
 Iussit enim feruere mare, & genitalibus undis
 Tollere se in spumas, mixto vitalia flatu
 Insinuans alimenta, rapit calido aere vitas,
 Reptantumque animas viscosis artubus igni
 Elicit, & tremulis vegetat praecordia flammis.
 In crustas abeunt lucentibus humida squamis
 Nutrimenta; secant cuneatis aequora rostris,
 Et patria in molem quantanuis educat vnda.
 Hinc fecunda tument numeroso corpora foetu,
 Monstrosaeque natant gentes, immensaque cete:
 At volucrum aeriis rarescunt corpora plumis,
 Quae tenues tranant auras, & nubila findunt.
 Emersisse fretis hilares liquido aethere pennis
 Librantur, mulcentque suum concentibus aequor,

O 2 Quaque

Sine Sole.

32
 Diei quar-
 ta opus,
 Sol, & si-
 dera.

Lumina-
 ria duo
 magna.

33
 Diei quin-
 ta opus,
 volucres
 & pisces.

Piscium
 natura hu-
 mida, co-
 piofa.

Auium ra-
 ra & ae-
 ria.

212 MOYSES VIATOR.

Amant
aguas.

*Ouaque ceu pisces cognato semine ponunt :
Durat amor maris, & patrios letantur ad amnes.*

34
Sexta
diei opus,
quadru-
pedes.

Instinctus
vatiij mē-
ris ex par-
te amuli.

*Sexta luce Dei verbo vegetata potenti
Quadrupedes genuit limoso è glutine tellus,
Mortalésque animas simili de semine duxit :
Sed Deus adspersit quadam simulamina mentis
Cuilibet, & certas generi vitæ indidit artes,
Æternūmque dedit seruanda stirpis amorem :
Legibus illecebras dulces, & tempore rexit.
Iam ciues instructa suos elementa tenebant,
Appositásque dapes, & idonea pabula passim :
Errabantque fera, & pecudes sine praside campis.*

Homo
heres mu-
di crean-
dus, Dei
imago.

*Deerat adhuc animal solers, sublime, sagáxque,
Cuncta quod atheræa regeret molimine mentis,
Mundi heres, Dominique vices tradentis habenas,
Consilioque, manuque gerens moderamine iusto
Flecteret, ac viua monstraret imagine Numen.*

Conful-
tatio SS.
Trinita-
tis.

*Moliturus opus tantum, se consulit ipsum
Æternus Genitor, sibi soli effabile Verbum,
Aduocat, æternūmque adhibet consultor Amorem.*

Mundi
dominiū
datū Dei
Vicario.

*Et, faciamus, ait, nostraq; ab imagine mentis
Ductum hominem, toto dominum statuamus in orbe :
Ille feras volucrésque regat, pelagique profundo
Imperet, immensamque domum ratione gubernet ;
Par illi mens imperio ; menti que potestas
Sufficiat ; nostrásque vices gerat insita virtus.*

Corporis
formatio

*Sic ait : & molli fingens vligine membra,
Erexit simulacrum animæ, mentis que sagacis
Hospitium : penitis vita retinacula venis
Inserit, humentem cerebro, & vitalibus ignem ;
Torpentésque aperit sensus, & ducit ad unguem.*

Immorta-
lis animæ
creatio &
inspira-
tio.

*Tum de viuifico ducens spiracula fonte
In fragilis faciem limi propensus inbalat,*

Insinuátque

*Insinuatque luto cœlestis originis auram,
 Immortalem auram vitæ, quâ afflata repente
 Intrat in ossa vigor; sensu præcordia pollet:
 Vividus ora color pingit, frontemque serenat
 Maiestas; cuncta agnoscunt viuentia Regem.
 Dotalem Deus illi addit cum coniuge Mundum.
 Hæc postquam perfecta, Opifex opera omnia lustrat,
 Censuræque probat. Divina Momus in arte
 Nil habet: ingenio insigni respondet amissis:
 Nec minor est summa arte manus, verbique potestas:
 Nec superest quod agat cunctis tanta arte peractis.*

*Septima lux ergo meritam tulit orta quietem
 Artifici; insitque Deus sacra otia terris.
 Sic memores, sociosque suæ nos esse quietis
 Imperat, ac tantum sacris incumbere curis.
 Inde vacuantes, quos poscunt Sabbata, ritus,
 Sacra animis, & sacra manu tractare quietos,
 Finit humanos dum tandem Octava labores.*

Cohilæ
 Heua.
 Doralis
 mūdus.
 Omnia
 valde bo-
 na.

35
 Diei
 septimæ
 quies &
 Sabbatū
 religiosū.

Octava
 erit in
 cælo.

